wesens die seynd / in allen vnd jeden ihren Besieg-
lungen oder Pechschafften / grossen vnd kleinen /
offenen vnd beschlossenen Brieffen vnd Schriff-
ten / so von Ihnen mit Ihren anhangenden oder
auffgedrückten Insiegeln vnd Pechschafften be-
krefftiget / omb was sachen / oder wie das were /
ein Rot Wachs gebrauchen / vnd damit ihrer
notturfft vnd gelegenheit nach / besiegeln vnd
Pechschafften sollen vnd mögen / von allermennig-
lich vnderhindert / Vnd gebieten darauff allen
vnd jeden Churfürsten / Fürsten / geistlichen vnd
weltlichen Prælaten / Graven / Freyenherren /
Rittern / Knechten / Landmarschalchen / Lands-
Hauptleuten / Landvoigten / Hauptleuten / Bis-
dome / Voigten / Pflegern / Verwesern / Ampt-
leuten / Landrichtern / Schulteissen / Bürgermeis-
tern / Richtern / Râthen / Ründigern der Wa-
pen / Ehrenholden / Persewanten, Bürgern / Ge-
meinden / vnd sonst allen andern / Vnsern vnd des
Reichs /

Reichs/ auch vnserer Königreich/ Erblichen Für-
stenthumb vnd Lande / Vnterthanen vnd getrew-
en/ was würden/ Stands/ oder wesens die seyn/
ernstlich vnd festiglich mit diesem Brieff/ vnd wöl-
len / daß Sie offtgenanten Doctor Urban
Handschman / auch seine Eheliche Leibes Erben/
vnd derselben Erbens Erben / Mann vnd Frau-
en Personen / für vnd für in ewigkeit / bey allen
obgeschriebenen vnsern Käys. gnaden / Gaben/
Privilegien/ Freyheiten/ Ehren/ wurden/ Vortln/
Rechten / vnd Berechtigkeiten / handhaben/
schützen / schirmen / vnd Sie daran nicht irren
noch hindern / sondern deren aller vnd jeder obbe-
rürter massen / ohne eintrag / oder ver hinderung
geruehiglich erfrewen / gebrauchen / geniessen/
vnd genzlich darbey bleiben lassen / vnd hierwider
nicht thun / noch das jemandt andern zu thun
gestatten/ in kein weise noch weg/ Als lieb einem
jedern sey/ vnser vnd des Reichs schwere vngnade/
vnd straffe / vnd darzu ein Pöen / nemlich Funff-
zig Marck Löttiges Goldes zu vermeiden/ die ein
jeder / so offt er freuentlich hierwider thete / vns
halb in vnser vnd des Reichs Cammer / vnd den
andern halben theil vielgedachtem Doctor Urban
Handschman/ seinen Ehelichen leibes Erben/ vnd
derselben Erbens Erben / so hierwider beleidigt
würden/ vnnachlessiglich zu bezalen vorfallen seyn
solle / Mit vorkund diß Brieffs / besiegelt mit
E ij vnserm

vnserm Keyf. anhangenden Inſiegel / der geben
iſt auff vnſerm Königlichem Schloß zu Praag / den
zwölfften tag des Monats Septembris, nach
Chriſti vnſers lieben Herrn vnd Seligmachers
geburt / Sechßzehen hundert vnd im neunden /
vnſerer Reiche des Römischen im vier vnd dreiß-
ſigſten / des Hungeriſchen im Sieben vnd dreißig-
ſten / vnd des Böhemiſchen auch im vier vnd dreiß-
ſigſten Jahren.

Rudolff.

R. von Stralendorff

B. G. man. pp.

God. Hertell man. pp.

Sequun-



Sequuntur

VOTA GRATV-
LATORIA.
SUPER LAVREA.



*Vid Lauri virides, Hantschmanne? quid
aureus orbis?*

Vnde tuum cingunt arma sagumq; latus?

Vix reducem nobis arx te Tarpeja remisit;

Mox pater en Phœbus, mox favet alma cohors.

An quia Romani tantum clementia cœli

Polluit, atq; poris aura recepta tuis?

Aura Sacerdotes juris, sacrosq; Poëtas

Quæ tot mirificis dotibus una tulit.

Nos quoq; Roma licet, Cumæeq; ipsa Sibylle

Antra receperunt, non ea fata manent.

An (reor hoc potius) stirpi virtutis & artis

Insita refrondent semina rara tuæ?

Hinc & avis quondam virtus: te Pallada testor,

Et vexilliferos, Mars truculente, tuos.

Hinc studii testes, doctæ simulacraq; mentis,

Non tituli patrem destituere tuum.

Cæsarea hinc etiam non despexere Ioannis

Fratris Apollineum cingereserta caput,

E 3

Mune-

*Insuper insigni præstas pietate, fideq̄,
Ante bonos quibus es clarus, & ante Deum.
Inde tibi vati vates ego carmine plaudo:
Ac precor ut nullâ fors tua sorte cadat.
Cum repetes patriam, te patria ciue nitebit,
Omnia qui patriæ commoda ferre potes.
Blanda simul grato te flamma calore fovebit,
Et faciet multâ conditione patrem.*

Fridericus Consmanus
Poëta Cæsareus.

Patavio.



*Q*ui Baviū non odit, amat tua carmina, Mævi;
Vatidica cecinit lingua Maronis ope:
Sic quibus est inamœnus olor, quibus anser amœnus
Mirantur strepitus, rauca cicada, tuos.
At quibus in viridi melior discretio rerum
Iudicio exoriens intima sensa regit,
Quorum animis vigor, & vis ingeniosa repostæ est,
Qui justâ sensûs dexteritate valent;
His rigidus lepidas offendit Mævius aures,
His Baviy versus nausea, vena lacus.
Quale ergo nostrum tibi carmen? quale? quid hæres
Urbane: ô studii congrua lima mei!
Cui non Sardois videatur amarius herbis,
Asperiusvè comis, turgide Rusce, tuis?

Nam

Num justa incessus ratio? num ritè supremo
A pede per distans primus adornat iter?
Heu mihi quàm vereor, ne singula metra reficiens
Deleat invisâ singula metra manu!
Sed bene sperandum, vanus timor iste facescit,
Dum tuus ille mihi candor, amice, subit.
Dum tacitè hæc mecum; quin & sublimia vidi
Ima relaxato sæpe fovere sinu.
Sic non rarò humili quercus vicina saliceto
Vernat, & aërium tollit ad astra caput.
Sic crebrò fragili chypeus stirps firma genistæ,
Dum procul expansus noxia ramus agit.
Scilicet hæc magnæ nota vel certissima mentis:
Nolle minùs tersi carpere scripta styli.
Ergo age, sua vis olor, jam non, Urbane, quod olim,
Sed nova jam Phæbi, jam nova fama Dices.
Quid tandem hocce putem me carmine laudis adeptum,
Si probet id genij Musa polita tui?
Siq; Poëta stri trivialis a vena Poëtæ
Paulisper valeat detinuisse tubam.
Ab mea quid facias jam vena? recollige vires,
Hantschmanni laudes ejaculare mei.
Vna quidem seges est aliâ felicior; illi
Quòd mage prona favens, huic mage dura, Ceres:
Attamen ambobus seges est sua, balat utriq;
Inficiens Cereris sacra cruore, bidens.
Primitias frugum Cereri quoq; libat uterq;
Sit licèt hæc pinguis, rarior illa, seges.

Ergo

Ergo velut medio Daphnéia laurus in igne
Impatiens flammæ, vi crepitante fremit,
Perpetuôq; viret, si ve horridus ingruat Auster,
Seu face solari tostus hiascat ager:
Sic tua, fatidico si quando agitata furore
Fulminat Heroum gesta, Camœna tonat.
Sic crepitat creperum numero crepitante duellum,
Sic furit in verbis, quæ fremebunda, notant.
Sic tua perpetuo frondescat fama vigore,
Sic tua semper erit gloria, semper honos:
Seu fortuna globo steterit bene fixa secundo,
Seu variè dubium perfida carpat iter.
Hæc tibi præfagit cingens tua tempora sertum,
Hoc sibi non aliud laurea dona volunt.
O felix omen, mira hæc præfagia! paucos
(Tantum est Castalio fonte madere!) notant.
At tu Sancta Themis, tantum modò nacta ministrum
Quæ nunc sub tacitâ gaudia mente foves?
Qui suaves motus pertentant pectus? oliuæ
Quàm bene cum lauri germine germen olet?
Laurea bacca, virens robur, mentemq; sagacem:
Pacificum populi spirat oliua statum.
Quantum ergo viridi superaddita laurus oliuæ
Conciliat sociæ vi redolente decus:
Tantum tu reliquis Doctõrib. ornamentis,
Qui geris ambarum germen, amice, paras.

Sebastianus Udalricus
L L. Candid. Patavio.

F

SUPER

Ergo



SVPER NOBILITATE ET COMITIVA.

DAt sua quotidie telluri lumina Phœbus,
Seu face splendet nitida, seu nubibus atris
Obscuretur, ei debentur munera lucis.
Si qua tamen lux est radiis solaribus orba,
Ducitur hæc tristis vix nomine digna diei,
Quin tacita potius reputatur noctis imago.
Econtra vultus ubi pandit in orbe serenos,
Et sentire suam Titan facit omnia flammam,
Hinc decus ô quantum capit æther, lætaq; terræ
Quàm vario splendet facies ornata decore!
Exultant animis homines, ac gaudia mentis
Mille modis produnt: nil triste videtur in illis,
Tuncq; suæ adduntur solum gradientibus umbra.
Sic homines quot quot lucis mittuntur in auras,
Seu reprobi evadant, seu sint virtutis amantes,
Quos natura tulit dicuntur vivere cuncti.
Qui virtute tamen vivit post terga relicta,
Moreq; brutorum concessos collocat annos,
Turpiter hic vivit, non hujus vivere vita
Est dicenda, magis species sed mortis opacæ.
At ubi quis vero virtutis amore tenetur,
Hujus & ad normam disponit tempora prudens,
Vivere quis neget hunc rectè? hæc est vita vocanda:
Hinc decus exoritur, surgitq; hinc gloria; namq;
Est vitæ virtus, quod fax Phœbæa diei.
Nec dubium, propria est honor his splendoribus umbra.

Suf-

*Sufficit: exemplis non hic aliunde petitis
 Est opus, in promptu res est pro pondere testis.
 Cernis ut ipsa sui cultori numinis, a qua
 Diva Arete Hantschmanno cumulatim premia confert:
 Hantschmanni lateat virtus num vivida quenquam?
 Hantschmanni nunquis fastigia nescit honoris?
 Artibus insignem dudum provexit in altum,
 Temporaq; accinxit lauro sibi Apollo triformi,
 Inde sacerdotum numero Themis alma suorum
 Junxit, & à justo docuit secernere iniquum.
 Tunc à consiliis Princeps facit esse propinquis
 Saxonicus, fideiq; suæ bona publica mandat.
 Magna quidem sunt hæc: pergit sed plura mereri
 Clara viri virtus, nullis vult illa teneri
 Limitibus, semper nam latius explicat alas.
 Aspicit hanc tandem celsâ de sede Rudolphus
 Cæsar, & egregiis dignissima premia factis
 Ipse parat, titulisq; novum superaddit honorem.
 Scilicet ordinibus conjungit Equestribus illum,
 Atq; sui Comitem pronunciat ecce Palati,
 Quæstoremq; facit pressi non æris acervi,
 Sed virtutis opum, superant quæ æraria Cræsi.
 Quantus honor, quanta est hæc gloria! pandere versu
 Si tentem, quotuplexq; sacri sit muneris usus:
 Erraret nimium spatiosis devia campis
 Musa, & tam vario succumberet ægra labori.
 Ut videas volui quanto cum fœnore virtus
 Usq; suis reddat longè gratissima alumni.
 His etiam partos modulis tibi grator honores,
 Hantschmanne Aënidum decus ô prælustre Dearum,
 Et precor ut felix concessio ut are talento,
 Ut vigeat virtus, honor huic sit junctior umbrâ.*

Jamq̄ ascendisset meritâ cum laude Themistos
 Doctorum innumeris didit a templa libris,
 Mercurio Suadâq̄ potens Handschmannus JANUS,
 Heu quondam obsequij portio grata mei!
 Tandem etiam SACRI pars non postrema PALATI
 Primum Equites inter posset habere locum.
 At tulit haut, veluti mort alibus omnibus uncum
 Injicit, illa Orco Nocteq̄ nata DEA,
 Ergo fuscum occat bis terq̄, & stamina rumpit
 HANDSCHMANNO, hinc pactus corrui omnis honos.
 Jamq̄ triumphali Furia hæc sua tempora taxo
 Cingebat, nigrisq̄ altiùs ibat equis,
 Frustra autem. Quid enim? subito vicem is alter obibat
 URBANUS fratris frater honore pari.
 Fert LAURUM, fert & Doctoria lemmata Juris,
 Fitq̄ PALATINUS CÆSARIS inde COMES.
 Quam pulchrè est ANUS hæc decepta, atq̄ invidus auspex,
 Jam triplicatum istud dum videt esse decus!
 Livor abi, generisq̄ tume splendore patriti!
 "Quem penes est Virtus, Nobilis ille fat est.
 HANDSCHMANNO meritos meritò gratamur honores,
 Optantes tantis floreat usq̄ bonis.

Abrahamus Caulius Philoso-
 phiæ & I. V. Doctor.



Sequens Epigrammation


Lepidissimo isti Poëtæ, (heu quondam suo!) Io-
 hanni Hantschmanno Lipsiæ adhuc die Natali inscriptum,
 Bonam scævam sive præfagium de futurâ Laureâ (quam eo ipso
 die, duobus aut præter propter annis post revertente, præclarâ
 cum laude in aulâ Imperiali adeptus est) continens pro
 beatissimâ ejusdem memoriâ aliquâlibet in-
 staurandâ subicere libuit.

Perche quanta alpestra sia la falita,
E quanta piena di spine e fallace,
Onde al vero termino cialcuno uerrà,
Tu ch' a Dio e huomini molto piace,
Sperimentasti. Ma trionfa, di terra
Al cielo gia levasti tuo gentil ualore,
Che natura in te uolse compitamente,
E l' aspettata virtude, ch' in te fiore,
Ogn' hora produce frutto, che totalmente
La ricchezza di questo mondo ha per minore ;
Eccellentissimo sei fatto Giurista,
La corona, che suol ornare, chi scriue
Sonetti Poëtando, orna tua uista,
Che com' hanno tessuta di lauro le Diue,
Ch' anco nel fredda stagion foglia acquista ;
Cosi tu hai la fama e grido sempre,
Onde tuo nome in tanto pregio è salito
Appresso gli prencipi e Imperadore,
Che hor te uela con purpureo habito,
O noua uesta, e bellezza honorata,
Che tua spemefa uenire a lito,
Piglia ancora la celata scoperta,
Conuiene â Nobilissimi questo frutto,
Come fuoco per fuoco non si spense mai,
Ne fum fu mai per pioggia assciutto ;
Cosi con quest' honor gl' aleri piu grandi farai,
Che ti ancora di questa vita uscito
Darà fama mill' e mille anni all mondo,
Hor solo com' un huomo transfigurato
Staremo a mirarti, gli occhi alzando,
Come in teatro il Romano Senato
Faceua al Vergilio uersi recitando,

Perche


Perche farei stanco, uolendo in sonetti
 Chiudere tuoi fregi illustri:
 Staremo dunq; solamente a mirarti
 Finche l' ultimo di chiuda occhi nostri.
 Solo e degno d' honore il virtuoso cuore.

Jan-Burckard Schöffel.
 J. M. D.



Audit adhuc populos (*Livor quid ringeris?*) audit
 Cesar adhuc populi vota precesq; sui.
 Cesaris ad solij dextrum latus agmina stabant
 Eusebia, Eunomia, Castalidumq; Physis.
 Ad levum, levo spuriorum sydere natum,
 Vulgus, adoptanda prolis & orba parens.
 Deleta hi tabulas macule, sobolisq; petebant
 Prognata ex alio pignora danda thoro.
 Auxilium, titulos illi, laurusq; virenteis,
 Et perscribenda publica jura nota.
 Annuit his, dixitq;: Vicaria cura, palatii,
 HANTSCHMANNI manus, Et sit Comes illa mei.
 Tutricesq; Aquilas aureisq; rubentia bullis
 Datq; Palatinis signa gerenda plicis.
 Maeste HANTSCHMANNE, novo te sic decoravit honore
 Cesar: nonne audit Cesar adhuc populos?

Ioannes Seuffius. Dresdâ.



IL studio adorna de. ogni Intorno
 di Girlande & honori in fronte
 Come d' Oratio che di fese il ponte
 Portando palme di Vittoria adorno.
 La virtu dunque mai non lassia giorno
 falir al uarcho d' aspro monte


non



Quod meta Phœbe dicitur propè ad verbum sonat.

H Antschmanne Antistes Iuris, lux Iura docentùm
Inter Musicolas, gloria prima Duces.
Obtulit insignes ultrò tibi Cæsar honores,
Et fulgens verâ nobilitate decus.
Aspicias hinc geminas insurgere nobilis alas,
Altera Pacis honos, altera Martis onus.
Nunquam Marte foris, felicia bella geruntur,
Sit nisi qui valeat corde vel ore domi.
Alticomam galeam Laurus Phœbea coronat,
Noctua sed scutum, Pieriumq; sacrum.
Quis nescit doctis quòd noctua claret Athenis,
Hæc quod ubiq; videt, hæc quod ubiq; cavet.
Nobilis in morem qui sanguine gaudet avorum,
Et genus ex Proavis quod benè jactat habet.
Quæ sit causa rogas & habet hæc sua præmia virtus,
Ad decus & stimulum celsius ecce notat.
Inde Palatini Comitibus fers Magnus honorem,
Et tribuis dignis digna brabeia viris.
Hoc gaude splendore, viro præclarius est nil,
Tollere quàm magnum nomen in astra suum.

Philippus Schaffanus. Dresdâ.



PUBLICA cum passim nunc occisissima RES sit,
Cælo, ad eò infesto nostrum agitante genus;
MARS quid enim triquetrus? quid vè is, qui respicit almam
SATURNUS torvo lumine PONTIGENAM?
JUPITER hinc quadruplex? huic Maja irata propages?
In saltu PHOEBE? Solve rotundus erit?
Nempe quod haud pedetentim abeant nunc omnia pessum,
Consilii nec sit spes super ulla boni:

usq.

Usq; adeò, ut cui non saliat benè leva mamilla,
 Ex se se longam pangere literulam
 Cogitet, aut aliâ quavis se perdere morte,
 Quàm mala pumiceis cernere tanta oculis.
 Præteritis aliis, quos non conspexerit horro
 Arva cruore prius, quàm pluvio imbre tegi?
 Testis PRAGA mihi est, cui Nobilitatis honestæ
 Corpora quot tristi sunt lacerata nece!
 Ut fremuere tubæ atq; nefantia ad arma vocârunt!
 Tympanaq; assiduâ tunsâ fuere manu.
 Consonuit cælum, clamorq; elatus utring; est,
 Desubito ex portis Vir juvenisq; ruit;
 Statim res gesta est, animam efflavere lubentes
 Pro se, pro patriis, ut potuere, focis.
 Talia quis siccus videat, Cervi licet absit
 Cor ei, & exucco mens liquefacta metu?
 Neminem ego credam, nisi balæna exspuit ipsum,
 Nutrit Hircanis aut ruma dira jugis.
 Sed tamen hæc se habeant ita se, non cesserit unguem
 RUDOLPHUS sæcli gloria prima sui
 Romulidum CÆSAR, Cæli cortina ruinam,
 Si trahat, impavidum tanta ruina premat.
 Ista quidem tangunt, sed non sic se monas angunt,
 Ut de famoso qui lapide emtus homo est.
 Ergo itaq; angustæ confisus robere mentis
 FORTUNÆ cici non habet ille minas.
 Si bellum inter se moveant DI fortè Minores,
 Quis credat pensi tantula habere JOVEM?
 Obtinet antiquum, Jus æquum ut inante ministrat,
 HARMINIISq; foris, POMPONIISq; domi
 Undiq; præfectis, quin his sua munera confert,
 Quos poluit manibus dia moneta suis.


VIRTUTI teneris fuerant qui dediti ab annis,
 Quæis Capitolinus non semel actus Agon.
 INTER eos si quis, moriar, nisi es unicus unus
 HANDSCHMANE, ANSORGI fida columna tui!
 Grassatus quanto nisu es VIRTUTIS ad arcem,
 Tota licet fueris sentibus hirta via!
 Fecisti virtute tuâ grex ille supersit,
 Quem mala PANDORÆ pixis abegit humo:
 O stolidum, neq; plus occiso Epimethea porco
 Argutum! imposuit cui facile ista nurus!
 Fecisti SATURNII adhuc cernamus ut ævi
 Reliquias, paullas heu mihi reliquias!
 Quin locuplete penu Doctrinarum omnium abundans
 Sacra sti ASTRÆÆ te, Dea seq; tibi.
 Nec tamen omnia sunt, quæ si memorare liberet,
 Concubium noctis sit prius exodio.
 Ergo novum, tanquam in VIRTUTUM exemplar amœnum,
 Conjecta in te sint lumina cuncta virum?
 Ergo novum (quis sis nec nescit Saxonis aula,
 Consiliis, quam nunc per duo lustra juvas)
 Si CÆSAR cupiat solo ex VIRTUTIS amore
 Dulce sui lumen te radiare throni?
 SACRI, inquam, COMITEM cum laude creare PALATI
 Patritum & titulis nobilitare genus?
 Grandis honos! duplicatus honos! ô gratia quanta
 CÆSARIS! è paucis qui fuit, ille meret.
 Sic quoq; Sardonyches nativo lumine fulgent;
 Auro includantur, promicuere magis.
 Fortunata nimis Misna es qua prima dedisti
 Tale Orbi & tantum posse videre jubar.
 Gaude! deq; isto nil non tibi finge Nepote;
 Quamvis MORS lateri proxima pane tuo;

Nam

Nam sic Fama; tibi hanc Furiam exanimare Colonos,
Et patribus passim depopulare domos.
Tempus erit quondam, exoriatur candidior SOL,
Vitam & sexcentis fœneret iste tuis.
Sed diverticulum nunc linquo, ad Teq; revertor
HANDSCHMANE, ô Eratûs Mercurijq; decus!
Et tibi fortunare Deum precor ornamenta,
CÆSARIS attribuit quæ modò diva manus.
Aulâ in Casariâ radiatam indutus abollam,
Aequales Equiti dignus obire vices,
Non Vates spernas quasi mendicabula vulgi,
Hos quorum cingunt Laurea ferta caput;
Verùm jure patrociniæ tuearis amesq;:
Clamantur passim turpius esse lutum:
Non ergo Deus est, quo percellente calescunt,
Non cœlum, unde ipsis Spiritus iste venit?
Ecce ut post sperant meliora hilariq; renident,
Tu modò tu forti supprime calce caput
INVIDIÆ, quæ te, dæbium non, quip quoq; vellet;
Omnia in humanis vellere ut alta solet.
Quid tum? Picturæ lux commendatur ab umbrâ,
Virtutis splendor Invidiæ à tenebris.
Omnia recta sibi conscire, id aheneus umbo;
Heroum hinc natos nulla sagitta ferit.
VIRTUS, sordidulam quæ nescit ferre repulsam,
Pura Coronatis putat triumphat equis.
Hæc quoq; tu tecum, VIR fortunate, putato,
Nobiscum miseri nos reputemus item.
Tantum (hæc summa) tuos, PATRONE, haud desere VATES
ANSORGUM imprimis, se dicat ille tibi,
Vivum atq; exanimatum, atq; hoc sua fata precatur;
Folliculo Carnis cum levis exiliit;

*At fuit Aethalides Euphorbus, deinde Pyrauder,
 Ennius at pavidus; piscis at Empedocles;
 ANSORGUS fiat PATRIMÆ VIRGINIS ales,
 Monte super viridi qua gemebunda sedet
 NOCTUA, plumato cui pendet LAUREA collo,
 (LAUREA adornata est Cassis aperta super;
 Cum bigâ alarum; in dextrâ harum nobile calcar,
 Cynthia ad in leva, stellaq; bina micat:
 Circum purpureas auratasq; explicat aura
 Fasciolas, tantum quis Dea digna tegi)
 Noctua ita ut fiat; quæ Tu! Tu! Tu! occinat usq;
 HANDSCHMANE ANSORGI sis memor eia tui!
 Argutos alii cupiant se verti in olores
 Si tua avis fiat, DIVA VIRAGO, sat est.*

Christianus Anesorg, Lipsiâ.




HIEROGLYPHICI
 INSIGNIORVM ejusdem
sen
 MYSTERIUM
detectum evolutum,
 ab
 EODEM.

Non equidem curo Musarum ascendere Templum,
 Heic oculos variis pascam ut imaginibus;
 Queis paries omnis plenus, portæ atq; fenestræ,
 Quodq; caput supra pensile vergit opus.
 Avehat Iliaden Iovis ut pennata Satelles;
 Icarus ut falsis præcipitetur aquis:
 Frontibus ut cautis utrinq; armatus IANUS,
 Perspiciat, quæ sint anteq; postq; pedes.

Excu-

Excubet ad tumulum TELAMONII ut inclyta VIRTUS
Præluctu aureolas dilaneata comas.
Et qui sunt plures Pario de marmore vultus,
Tablina Aonidum queis radiata micant.
Sat mihi agalma tuum est, HANDSCHMANE, ô agalma
Patrimæ Ingenio Virginis & Charitum! (repertū
Nam quid DIVÆ AVIS heic in aprici vertice montis;
Parnassi vertex sive Heliconis erit?
Quot se remigiis adeò altè sustulit ales
Plano aliàs tantum sueta volare solo?
Quid verò SERTA est Lauri contexta virore,
Quæ collum argutæ tam benè circumavi?
Fortè ad VIRTUTEM via quod sit spissa, nec uno
Scandere protelo quis citò summa queat.
Est exanclandum mala plurima deq; vorandum,
Deliciasq; omnes ejiciendum animo.
Vidi equidem ex puteo quendam ascendisse profundo,
Atq; profundum itidem decidere in puteum.
Quando ergo hunc ventum est, ubi habet Sapiencia se-
Tunc laus, & cultæ nos beat artis honos: (dem,
Cassis aperta, cui super est inflexa corona,
Ornabit, pulcrum ceu Diadema, caput.
Palmae argumentum. Vitium qui vicit, an is non
Marspiteris pullis æquiparandus erit?
Immò etiam his major geminis volat arduus alis,
Quas catâ ei Aonides applicuere manu.
Obscurare nihil possunt, tenebræ, aurea Phoebe
Accendit claras, & gemina VRSÆ, faces.
VIRTUS calcar habet, semel hoc excitus ad imam
Vitai cretam non nisi honesta probat.
Hæc tam sublimis tua sunt INSIGNIA sensus,
Queis sint FORTUNÆ nulla mage apta tuæ
HANDSCH-

*HANDSCHMANE; in tabulâ qua si quis pingat Apelles,
Tangat & Eeos, tangat & Hesperios.*



O D E.

L Es espics sont a Ceres
Aux Dieux boucquins les forêst
A Chlore l' herbe noiuielle
A Phoebus le verd Laurier
A Minerue, L' Olivier
Et le beau Zdin a Cybelle.

Aux Zephyres le doux bruit
A Domone le douk fruit
Londe aux Nymphes est Sacrée
A Flore les belles fleurs
Mais a *Handschman* les honneurs
Et la gloire redorée.

Georgius Hoyerius. Lipsiâ.



HANDSCHMANO nupsit SACRI COMITIVA PALATI.
Non ita post Lauri prostituetur honos.

Qui cœpit fieri pænè ipsâ abjectior algâ,
Per TE splendoris, spero, prioris erit.

O utinam COMITES relegant Diplomata crebrò!

O in ea hic quoties peccat, & ille rabit!

Cerdonum Tabulas seruari cernimus. aurum

Inter nos, fiat ne qua repulsa, facit.

Tu, quod per Musas, perq; harum supplico PATREM,

Ne te confundant probra aliena, vide.

Matthæus Zuber Poëta
Laur. Melissé. Dresdâ.

Hantsch-

VIR CARUS EST: CONSUM COLUNT
LAUS CÆSARIA, SAXO.

Melos.

L Egiferæ decus ò palmare *Hantschmanne* Themistos,
Flos gratiarum candide,
Musarumq; Sacerdos:
Aurea quem curru sacri *Comitiva Palati*
Seris reponit posteris
Cum splendore perenni:
Dignus es haud lassè longâ *Præconis* opellâ,
Pimpleidumq; persono
Ferrier ore mereris.
Temet honoratâ clarat *Sapientia* famâ,
Antiqua virtus & fides,
Vitaq; puriter acta.
O Homo perpaucorum *Hominum*! Nunc ecce bono-
Ævi sub hujus tempore (rum)
Merx est rara virorum!
Digna gravat legum quos sollicitudo sacrarum:
Tyranna læpè fit *Dice*,
Quæ non justa faceffit.
Fit de Matronâ meretrix, de Matre Noverca.
Ductore te *Themis* bono
Sed sincera triumphat.
Consilium res priva tuum, Res-publica poscit
Dextrè vides ac pervides
Omnia mente sagaci.
Nestorea in ore sonas, cum fers suffragia, linguam,
Et cautionis pondere
Vincis acumen *Vlyssis*.
Hinc te *SAXO* suum, *Patriæ Pater* Optimus ille,
Condum atq; Promum *Consill*
Gaudet habere fidelem,

Nam

Nam ceu Iunoni venienti in templa Deorum
 Offerre poculum *Themis*
 Vates fingit Achæus :
 Iustitiæ Mystas sic Regibus atq; Dynastis
 Est consulentis pectoris
 Fas offerre liquorem.
 Hinc te purpureo vivacibus ex amaranthis
 Serto coronat gloria,
 Et Dîs proxima virtus.
 Hinc lemniscatam palmam tibi tradidit ultrò
Cesar RUDOLPHUS, Austrii
 Sanguinis arduus Heros.
 Te vehit hæc liquidum volucris super æthera famâ,
 Pennâq; fati lineam
 Non metuente supremi.
 Aere altum clangente tuos Cœlo æquat honores :
 Plausu sonanti dant suum
 Adfensum examina cuncta.
 Ast *Hantshmaniada* parcas violentius oestrum;
 Vorare pennas jam mihi
 Flama propinqua minatur.
 Parce, precor, non illa meæ est pellacia linguæ,
 Vt his vel illis laudibus
 Ritè vacare potessim.
 Pellax illa meæ sit tantum audacia linguæ
 Nunc te bono cum cæteris
 Omine persequi ovantem :
 Et sic, Musarum accentu præeunte, profari :
 Nomen perenni in pariete
 Sculptere nixus honoris :
Hic Siren Suadae est, hic juris jure Monarcha
Apollinis lux, Gratia
Fama, jubarq; Sophorum.

NESTORIS HUNC ANIMUS SAPIENS HABET, IN-
CLITUS USU:

VIR CARUS EST: CONSUM COLUNT
LAUS CÆSARIA, SAXO.

Cuī *Jovis ales* adest, quem *Rutiger* *Albis* honorat,
Virtus vehit quem mascula,

Quem bona fama celebrat:

Quem spectat *Phœbus*, spectat quem *virgo patrima*,
Et *Gratiarum* ternio,

Trānsq; marina *Deastra*:

Hunc *DEUS* hunc nostro prohibessit surpier orbi,
Fieriq; *Parcis* pabulum:

Crescat adorea laudis.

Dignus is, eloquio magnum qui *Nestora* vincit,
Vivacis annos *Nestoris*

Vivere laude decorus.


Hanc voti summam *Cæli indulgentia* firmet:

Cælo favente pullulat

Copia larga bonorum.

M. Petrus Ailberus, Poëta

Coron. Cæsarius. Lipsiâ.



M *Vsarum* latices qui colitis sacros:
Qui campos virides, arvaq; *Phocidos*
Lustratis: nova vota
Cantate *Aonio viro*.

Auras in liquidas eximia en datur

Virtus: mille operum & *Palladis* artibus

Atq; armis bene cincta

Miris conspicitur modis.

Hinc pingui veluti frondibus in solo

Laurus perpetuis leta viret comis:

Sis laudes *Claræ* artes

Æternas statuunt ei.

Victor cum celebris *Marte*, togâq; se

Terris Ausoniis, Iulius optime


*Iam virtute probasset :
Immortale tulit decus.
Famam promeruit vocibus omnibus
Cantandam : modulis dulcisonis neq,
Vllo non repetendam,
Illis , tempore , gentibus.
Que nunc ergo feram munera carminis ?
Vel quis laudis honor stabit honoribus,
Vir clarissime , summis,
Virtus , quos peperit , tua ?
Dignus marmoreis literulis eras :
Virtutem recolens ut memori tuam,
Dignis , mente celebret
Ætas postera , laudibus.
Inter Pieridum lumina splendida,
Et juris gemini , o maxima gloria,
Gaudent en Proceres , &
Musarum Albiadum Chorus.
Votis Dresda canit verba precantia :
Ortrandense solum gaudia concipit
Intra pectora , certis
Famam percipiens sonis.
Aures & quoniam personuit meas:
Ex toto faveo corde tibi id decus
Preclarum : mihi letor :
Et letus tibi gratulor.
Paucis , quæ cecinit nostra Thalia jam
Vmbra sub tenui : fronte bonâ cape :
Adsint omina fausta
Magnis nominibus , precor.
Adsit sancta Trias numine cœlitus :
Splendoremq; novum provehat , augeat,
Deducatq; sacrati
Laudem , nominis , ad piam.
Et florere sinat tempore quolibet
Multis terrigenis ad bona plurima,
Et vitæ utilitatem :
Hoc faxit bonitas DEI.*

*M. Christianus Hefs. Ortranto.
H 3. Mené*

Méne tuis etiam radiis offundere nubem,
 Et nebulam tantis spargere sideribus?
 Quæ cum vel propriis radiant satis ignibus, illo
 Lustrari fatagunt nominis igne tui,
 Ædituiq; tuæ laudis, nunc ampliter audæ,
 Hinc ad se laudem posse redire putant.
 In quibus ut numerer, fraterculus ipse Gigantum
 Et vix sustineam Sandapilæ esse faber.
 Scilicet immane est, quod nunc ocepto, viaq;
 Quâ præceps rapiar cum Phaëthonte, feror.
 Hoc tamen, hoc melius, quòd non ego viribus audax
 Pecco meis, sed si pecco (uti pecco) tuis.
 Nam velut immensas transcendens fulmine terras
 Flammantes Pyrois cum trahit igne rotas,
 Luce rigans populos per magnum accendit inane
 Fulgure flammaram proxima quæq; suo;
 Et trahit halantes cœli ad confinia fumos,
 Ignotasq; docet per Iovis ire plagas:
 Sive creaturus fatales erine Cometas,
 Sive coruscantem lampada, sive facem,
 Seu nubem educens curru fugiente vaporat
 Terras, atq; undas, Ennosigæ, tuas.
 Seu picturatâ signans ferrugine cœlum,
 Adversâ arquatas luce figurat aquas:
 Non secus, ô Saidos decus, atq; ô stella Themistæ,
O Hantschmanne, virum Mercurialium apex!
 O humeros magni pressurum pondus Atlantis!
 Cui quantus quantus, totus Aperta patet!
 Non secus aspexere simul te Diq; Deaq;
 Admotum mensis conciliisq; suis,
 Nec solum aspexere, sed & solemniter ordo
 Hinc assurrexit major & inde minor:
 Illustrare novum simul occipis entheus astrum
 Lumine pallantis ludibria ista chori;
 Illicò sidereas invitasti ire per auras
 Accensa à flammis lumina multa tuis.
 Sit mihi, sit tantis authoribus insanire!
 Non venia, at laudis summa sit ista mea!

Quamquam

Quaquam o felicem me, saltem accensear umbris
 (Quei lucis tantæ ferre queam radios?)
 Umbris, quas tenebris Acherontis surpis, apricam
 In lucem evectas lucis honore tuæ.
 O cælum! o tellus! o templa nigræ Amphitrites!
 Lucifer admisis hic mihi surgat equis!
 Tunc ego me scribi in tabulis atq; ære monetæ,
 Tunc spernam mensis accubuum esse Iovis.
 Tunc ego, qui tibi jam, Bæoto more, quod unum
 Mi reliquum est, pomum pro bove mactō meum;
 Rite tuas majore tibi faciam hostiã ad aras,
 Rite bovis veri porriciam exta manu,
 Hercule te victore redux Acheruntis ab umbris!
 Nescio an & tanti sit latitasse mihi!
 Quaquam audax, quæ vix optare impune licebat,
 More Sabinorum somnia fingo mihi:
 Fallor, an insomni haud-exspes quis in insulã Atlantis
 Hæc velit exemplo somnia ficta meo.
 Ficta quidem, sed quam nunc spem feco MAGNE PATRONE,
 Hæc dabis eventu tacta futura suo.



I N
 I N S I G N I A G E N T I S H A N T S C H
 M A N I A N Æ.

EΝτροπαλιζομέναιν δεδαώς βλεφάροισιν ὀπωπαῖν
 ἐν ταύτῃ δέλτῳ ὑψιθέμεθλον ὄρεθ,
 ἐνδὲ πανυσκοπέλοισι παρενδιόωσαν ἐρίπναις
 Γλαῦκα λάχσαν εἴοις ἐν κροτάφοισι δάφνην;
 τῆς δρετῆς προπάροιδεν ἀειφρέρητον ἀκαίθαις
 Αἰθεῖς ἀπραπιτὸν κᾶν πρυλέεσιν ἔμεν
 οὐ κλέτας, σὺκ ὀθνεῖον ἐναύλιον, εἰδὲ πορείη.
 ὄψε διαπρυσίη δύσεσ ποσσι μολᾶν.
 Δ᾽ ἢ μὴ Τειτογενδῶς ὄρνισιν ἀερσιποτήτοις
 Ἰκελος ἡμάτι. πωνύχιόσημοθῆς.

Αὔχενος

quam



Αὐχένα δ' ἀμφιλαφῆς δάφνη σέψασα πετῆλα
 καὶ τεφάνη κυνέης ἀμφαφώσασα λόφον.
 Ἀγλαόκαρπον ἀλωφῆτα λήϊσσι μύθῳ
 Δείξεν ὀπασάμενον κῦδ' ἔλιξι χρόνῳ,
 ὦ χθονίης δρετῆτε δημοσύνητε γέραϊρε.
 Ἡ Θέμις ἈΝΤΙΧΜΑΝΝΩΝ κυδαινερα κ' Ἄρης.
 Πρεσβῆς τε κλέει Θέμις ἔφθασεν ἰδμοσύνησι
 Ἄρε' ἠνορέην φυλόπιδός τε μόθῳ.
 Ἀντίτυπον μίμημα γαληναίσιο σελήνης
 Μάρτυρα κυδαίνω ἀστερόεντα σέλας.
 Ἀθρήσας δὲ κάτω ἰππῆ' κέντρον ἀπειλήν
 καὶ μετεωροτάταις εἰς πόλον ἄστρα βολαῖς.
 Εἰσαπιδῶν πτέρυγας διδυμάονας Ἀπόλλων' ἔ
 ὄϊο καὶ, ἔρνη ὦν γεγάασι, μυσῶν.

M. Johannes Burchardus
 Lipsiâ.

FINIS.



W 17

me

rdus

Pon 26 5360, 24

ULB Halle 3
002 616 025



WOM





16. QK 7196

v. Han



LAVREA, NO
ET COMIT

Dn. V R B
HANTSCHM
SENENSIS, IC.
ELECT. S

Exhibitor

Christiano Aneso
P. Casario LLq



L I P S

Per Michaëlem La
excusa
ANNO M.



Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black